

Constantiensis anathemate, pleno ore, suffragante
tiam Papa Gelasio, concludimus, divisionem u-
nius ejusdemque Sacramenti, sine grandi sacrile-
gio non posse provenire: & cum eodem decernimus,
aut Sacramenta esse percipienda integrâ
aut ab integris abstinendum. Decr. de con-
secr. dist. 2, c. 12. Comperimus.

136. Pullulant præterea, ex his, de quibus di-
ctum, βδελύγμασι, plures alij errores Pontifici-
orum: ut Circumgestatio Sacramentati hujus:
inclusio: adoratio: Processio: & alij: qui, cum
autoritate, præcepto, promissione divina destitu-
antur, & nihil, præter blasphemias in Christi me-
ritum crepent: propria sua & futilitate & impi-
etate concidunt.

137. DEO sit laus & gratiarum actio sem-
piterna, pro revelata nobis Evangelij sui luce,
quam ne ullo unquam tempore apud nos ex-
tingui patiatur, ardentibus pecto-
rum votis precamur sup-
plices.



DIS